

## Band V., Nr. 1452, Seite 218-219

*Abt Konrad und der Konvent von Weingarten beurkunden, dass Ritter Arnold von Langenstein und seine Gattin Christine mit ihren beiden Söhnen Hugo eine Mühle und einen Hof in Aulendorf sowie einen Hof in Baumgarten an das Kloster Weingarten verkauft haben und dass die Großmutter der Söhne Mathilde, Gattin Ritter Burkhard von Ramsberg, auf ihre Leibzucht daran verzichtet habe.*

(Unter-)Uhldingen, 1257. August 12.

Omnibus presentem literam inspecturis nos Conradus abbas et conventus ecclesie Winigartensis salutem cum noticia subscriptorum. Cum debilis sit memoria hominum, solet a nonnullis in formam comunem redi[g]i scripturarum, ut ipsius facti plenior et firmior noticia habeatur. Noverint igitur universi, quibus nosce fuerit opportunum, quod Arnoldus miles de Langenstein et Christina uxor sua cum duobus filiis ipsorum Hugone et Hugone nominibus vendiderunt molendinum in Algidorf et curiam unam ibidem nec non curiam in Bongartun<sup>1</sup> sitas cum agris et pratis et aliis adtinentibus eisdem pro quadraginta marcis et duabus cum<sup>a</sup> uno fertone puri argenti monasterio supradicto, et cum avia puerorum predictorum Mahthilt uxor Burcardi militis de Rammisperc haberet in eisdem bonis usumfructum dum viveret, ut vendicio liberiozem haberet processum, libere resignavit ius quod habuit in predictis bonis in manus filie predictae et filiorum eiusdem et renunciaverunt omni iuri et omni actioni que competiit vel posset competere ipsis super eisdem bonis in manus nostras. Caverunt autem omnes predictae persone iuramento corporali prestito, se nunquam venire contra predictam emptionem, quod si aliqua illarum personarum presumeret ipsum monasterium super predicta emptione et vendicione molestare, quod quelibet illarum predictarum personarum esset in solidum obligata eidem monasterio in sexaginta marcis argenti, et si aliquam extranearum personarum conti[n]geret ipsi monasterio de cetero super eisdem bonis litem movere, quod ipsi prestarent garandiam monasterio supradicto. Item promisit idem Arnoldus et uxor sua Christina

<sup>a</sup>Darüber das für *er* gebräuchliche Abkürzungszeichen.

<sup>1</sup>Baumgarten, Baienfurt, RV, oder Großbaumgarten, Berg, RV, oder wegen der Nähe zu Langenstein Baumgarten, Horgenzell, RV, vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 7, S. 734, 737, 766.

## II

sub eodem iuramento, quod quodocunque pueri predicti et alii si quos haberent de eodem matrimonio procreatos ad annos discretionis pervenirent, resignacionem prefatam seeundo adinplerent, si fuerit petitum a monasterio supradicto, et premissos articulos, ut contractus maiorem firmitatem haberet, omnes persone prehabite iuraverunt, se eosdem in perpetuum servaturos. Testes autem qui huic facto interfuerunt sunt hii: Conradus senior de Hasenstain, Ortolfus frater suus de Hasenwillar, Heinricus de Ramsperc, Dietericus de Niufron<sup>2</sup>, Heinricus de Obrohoun, Rudolfus de Bermetingen, Nordewin de Lagellun, Bur. de Kurnegge, Her. de Sol, Hartman de Mimenhusen, Vl. de Egge<sup>3</sup>, der Aman, Heinricus de Constantia, Salomon, F. Fritelo senior de Altorf, Cellensis Heinricus, H. molendinator de Algidorf, C. Mimerai, C. de Ibah et alii quam plures. Et in huius rei testimonium presentem literam sigillis reverendi domini ac patris episcopi et capituli Constantiensis, Conradi senioris de Hasenstain, Arnoldi de Langenstain et Burcardi de Ramsperc<sup>b</sup>.  
<br>  
<br> Acta sunt apud Vldingen iuxta transitum lacus, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>., II. idus Augusti, indictione XV<sup>a</sup>.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den Siegeln, die ehemals an weißen Litzen anhängen, ist noch erhalten: 1) Ein Bruchstück des Siegels des Bischofs Eberhard von Konstanz: Der im Amtsschmuck auf einem mit Hundsköpfen und Tatzen verzierten Stuhl sitzende Bischof, den Krummstab in der Rechten, ein aufgeschlagenes Buch in der Linken; von der Umschrift: . . . RHARDI . HE . . . 2) Ein in ein Säckchen eingenähtes und zerbrochenes Siegel. Danach ist zunächst keine Spur für die Befestigung eines Siegels ersichtlich, erst später folgen die Löcher für ein weiteres, weggerissenes Siegel und die Litze für ein viertes Siegel.

---

<sup>b</sup>Hier fehlt *fecimus roborari* oder eine ähnliche Formel.

<sup>2</sup>Neufrach, vgl. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 35 (1883), S. 507.

<sup>3</sup>Vielleicht Egg, Herwangen-Schönach, SIG.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 1255

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

(Unter-)Uhldingen

### Aussteller:

Konrad; Abt von Weingarten Weingarten; Konvent

### Ortsindex:

Aulendorf Wohnplatz (18779)<br> Aulendorf, RV<br> Baumgarten Wohnplatz (19175)<br> Baumgarten Wohnplatz (20908)<br> Baumgarten, Baienfurt, RV<br> Baumgarten, Horgenzell, RV<br> Bermatingen Wohnplatz (17796)<br> Bermatingen, FN<br> Egg Wohnplatz (21459)<br> Egg, Herdwangen-Schönach, SIG<br> Großbaumgarten Wohnplatz (19222)<br> Großbaumgarten, Berg, RV<br> Hasenweiler : Horgenzell RV (Wohnplatz)<br> Hasenweiler : Horgenzell RV (Wohnplatz)<br> Hasenweiler Wohnplatz (20938)<br> Ibach Wohnplatz (20941)<br> Ibach, Horgenzell, RV<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Kürneck Wüstung (23382)<br> Kürneck, Unterkirnach, VS, W<br> Langenstein Wohnplatz (14794)<br> Langenstein, Orsingen-Nenzingen, KN<br> Lägelen Wüstung (24154)<br> Lägelen, Beuron, SIG, W<br> Mimmenhausen Wohnplatz (18248)<br> Mimmenhausen, Salem, FN<br> Neufrach Wohnplatz (18250)<br> Neufrach, Salem, FN<br> Oberhofen Wohnplatz (20109)<br> Oberhofen, Ravensburg, RV<br> Ramsberg Wohnplatz (17951)<br> Ramsberg, Heiligenberg, FN<br> Sohl Wohnplatz (21477)<br> Sohl, Herdwangen-Schönach, SIG<br> Unteruhldingen Wohnplatz (18465)<br> Unteruhldingen, Uhldingen-Mühlhofen, FN<br> Weingarten RV<br> Weingarten Gemeinde (20557)<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV